



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

83. Sabb. Septem lanceæ B. Virginis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

134 *Feria 6. Dom. 1. Quadrag.*

bat, ut orationi se daret. Petam agnoscent
septem dolorosas Christi avulsiones, & gra-
tiam ei me conformandi.

1. Avulsa sunt à Christo omnes creaturae:
nam fuit ab omnibus derelictus.

2. Apostoli à Christo avulsi: qui omnes
relieto eo fugerunt.

3. Avulsus à Christo Petrus: qui eum pla-
nè negavit.

4. Avulsa Virgo B. ante Passionem Filio
suo valedicens, ut refert D. Bonavent. cap.
72. Vitæ Christi.

5. Avulsi sūt Angeli, quos majori numero,
quàm 12. legiones habere potuit, sed deseruit.

6. Avulsus ipse Deus Pater, à quo se cla-
mat derelictum.

7. Corpus Christi ab anima ejus in mor-
te avulsum est. Certè, inquit D. Bernar. serm.
43. in Cant. *videntes angustias Domini levium
vestras portabitis.* Videntes eum timentem,
Cornelius habet *gementem*, Albertus M. legit
rugientem præ derelictione.

MEDITATIO LXXXIII.

Sabbato Dom. 1. Quadrag.

Septem Lanceæ B. Virginis.

Videbo B. Virginem tam acri dolore septe-
no transverberatam, ut lanceis confixa
videri posset. Petam agnoscece hos dolores,
sique compati.

Conf.

Sabbato Dom. 1. Quadrag. 135

Conf. Quomodo B. Virgo se appellet mulierem habentem cor affixum quinque lanceis, quas dum enarrat, duas alias addit, apud D. Brigit. l. 1. c. 17.

Lancea 1. quod Filius suus fit habitus proditor, mendax, insidiator, fatuus. l. 4. c. 30.

2. Lancea: quod ad columnam (ubi se personaliter vestibus exiit, l. 1. c. 10.) manus applicuerit, quas inimici sine misericordia ligaverunt, & crudeliter totum flagellarunt.

3. Lancea: spinea corona, quæ non fuit ut tenue ferrum rotunda, l. 4. c. 70. sed ad instar pilei totum caput ambientis, & ferientis.

4. Lancea: Vox lamentabilis in cruce, anxia dolore maximo, alta, & flebilis, labijs pallidis, & linguam sanguinolentam.

5. Lancea: de quot venis sanguis ejus pretiosus exiit, quasi tot lanceis cor meum perforatum est. l. 7. c. 15.

6. Lancea: Tremor membrorum ejus, & capitis ad dorsum modicam elevatione sui inclinatum, & digitorum, brachiorumque, quæ erant quodammodo contracta, & extensa.

7. Lancea: Vultus lugubris, venter dorso inherens consumpto humore, quasi non haberet viscera, corpus pallidum, & languidum, ex fluxu & egressione sanguinis: color mortis in partibus, quæ præ sanguine videri poterant: maxilla submersa (l. 4. c. 70.)
denti

dentibus inhaerentes, costæ verò attenuatæ
quæ dinumerari poterant: attenuatæ quoque
nares, quæ sicut reliqua omnia rigescebant.

MEDITATIO LXXXIV.

Dominica 2. Quadragesimæ,

Deus addens solatia, addit dolorem.

Aspiciam Dominum in Thabor transfi-
guratum, in horro exinanitum. Petam
cooperari gratiæ per Patientiam.

Conf. 1. Quomodo Apostoli tres glorio-
sum viderint Dominum transfiguratum. An-
gelorum desiderium, in quo Beatorum omnis
est felicitas reposita; ejus momentaneo
spectu cadunt in faciem suam discipuli, pa-
tiantur deliquium, & Petrus alias capax Dei
abit in extasim, nec scit, quid loquatur.
Quidquid sub Sole est, evanuit, neminemque
viderunt, nisi solum Jesum, qui solus corda o-
mnium rapere debet.

Conf. 2. Quomodo hi discipuli, quia glo-
riosa Domini viderant, debuerint & tristitia vi-
dere, eaque viderint, dum intuerentur ami-
citiâ prodi, lætitiâ tritari, libertatem
vinciri, claritatem obrenebrari, majestatem
despici, integritatem calumnijs proscindi, in-
nocentiam condemnari, Iustitiâ plecti,
transfiguratum exinaniri, vitam deficere, &
occidi. O qualis excessus decadis oppositio-